Et ſcias quod aqua noſtra ignea acuta eſt aqua menſtruoſa, tunc quatuor partes calcis primę intus ſolute cuius quatuor naturæ congelatę appoſitę ſubito putrefactione denigrat omnia quę eſt ſecunda aqua, de qua loquitur Roſarius, dicens, aqua noſtra diuidenda eſt in duas partes quarū vna parte corpus congelatur ſcilicet cum 7. ſuis imbibitionibus & congelationibus, altera vero parte putrefacit, & liquatur vt aqua ignea ſupradicta, acuata euomatur. Vnde pro prima ſecunda & tertia imbibitione apponendum eſt viciſsim ad 4.2. terre 12. aquæ recentis, & ſemper & qualibet vice ſcilicet 4 5 b 2. ſed ſeptem vice apponuntur 5 2 quæ cum alijs b. 2 aquæ acuate poſt congelationem apponende faciunt 3. actum cum quibus vt prius omnino denigratur, & vlterius per decoctionem tantum ad perfectionem dirigatur ſine additione, ſecundum Roſarium, cuius proceſſus completio per ſublimes et dicendum eſt completur.

Vnde Aurois: Soluere corpus et congelare ſpiritus eſt opus naturæ primum vt prædictum eſt, nota. Scripſi vt reperi depingendo magis quam ſcribendo.

Septimus gradus eſt & dicitur Cibatio.

Quæ eſt ingroſſati ſubtiliatio, ſubtilis ingroſſatio, albedinis & rubedinis, bonitatis ac